



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

4 de Ludis permissis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Qui canon inter decreta Gratiani transcriptus est. *ca. episcopus, 35. dist.* Ex quo colligunt interpretes, *Panormita. in d. Eo cap. inter dilectos, Domit. & Proposit. ibidem, Syluester, in summa, in ver. ludus, Ioan. Bapti. Caccialup. tracta. de ludo quaff. 12.* munitum aleatorem nec se corrigentem beneficiarium, posse sacerdotio priuari. Ioannes Bernardus Diaz, *in tracta. crimi. cano. 6. 64.* alia plura consideranda suadet, nempe si ludus a clericis quotidie exercetur, si is taxillorum, si omittat ideo officium cui deferuire tenetur, si ludere volentibus mensam pararam habeat, si prouocat aut recipit, quæ sit summa de qua luditur. ¶ Apud ¶ Agarenos seu Mahometitas, lufores pro pecunia que cunque genere ludi ignominia afficiuntur, & deinceps grauiori supplicio. *To. Cyprianus, lib. 6. de institutis Turcarum, c. de ceteris moribus Turcarum.* ¶ Sunt ¶ & placita curiarum supremarum Galliar, quæ ludos aliquos vetant omnino, potissimum sacris diebus & horis, quibus oportet diuinis interesse orationibus, vel concionibus: neve quis aleatoria, vel loca publica ad truncolorum seu metarum ludos exhibeat, pœna corporali indicta. Solêt & politici iudices, hos lufores publicos, festis maxime diebus deprehensos, ad torquem infamem damnare.

De Ludis permiffis. Cap. 4.

- 1 *Ludi qui & propter quid permiffi, & de multis ludorum specibus. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
- 8 *Ludus Scaccorum & tabularum vsq; ad vnum solidum permiffus, & quibus prohibitus.*
- 10 *Ludus habet maximam temporis iacturam.*
- 11 *Ludi solorum qui innoxii, & ludi & lusoris mala.*

1 **P**ermittit ¶ Paulus, *in l. fin. de alea lusu, P.* familiam ludere, quod in conuulio vscendi causa ponitur. ¶ Senatusconsultum ¶ etiam permittit, *l. 2. §. 1. eod. tit.* in pecuniam ludere si quis certet hasta, pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, lutando, vel pugnando, si virtutis causa fiant: permittit ea de re & lex Titia, Cornelia, & 3 **P**ublicia sponsonem facere, *l. 3. eod. titu.* ¶ Iustinianus ¶ quoque quinque ludos permittit institui tantum, *Iustin. in l. fin. de religio. & sumtib. funer. C.* & in eos quoque non permittit vltra vnum solidum ludere: primum permittit *καρπυζοπαιον*, quem alii forsitan dixerunt *καρπυζοπαιον*, vt Hippocrates, *lib. 2. de diata.* qui eam ponit inter exercitii genera. Ludus sacculi scortacei inflati seu foliis, de quo Martialis, *lib. 14. epig. 47.*

Ita proculiuuones, minus mi conuenit atas, folle decet pueros ludere, folle senes.

4 ¶ Isque ¶ quatuor species pile facit, pilam paganicam, arctam, trigonalem, & follem: quod ex præcedenti epigrammate, & sequentibus collige.

Pila paganica, lib. 14. Epigr. 45.

Hæc qua difficile surgit paganica pluma, folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Pila trigonalis, epig. 46.

Si me nobilibus scis expulare sinistris, sum vna: si necis, vni vice redde pilam.

M. munit Clemens Alexandrinus, *lib. 3. Pedagog. c. 10.* de quodam ludo pile qui vocatur henis. Et viris, inquit, alii quidem nudi ludentur: alii vero paruo quoque globo ludant, eo ludo qui Phenis dicitur, maxime in sole: vbi Scholiastes explicat, eum ludum fuisse, cum ex ludentibus pueris quis spheram tenens, deinde eam alii prius ostendens: eam ad alium mittebarita dictus ludus a Phenecida, qui primus eum inuenit, vel a verbo *φεναι*, quod significat decipere: decipiebat enim, qui alii ostendebat, alteri vero traderet.

5 ¶ Secundus ¶ ludus a Iustiniano permiffus *commadianlion*, id est, cursus incisus, quando reciproco cursu certatur vocant nostri *Barros. de ludu. Iul. Polluci, lib. 9. de ludis conuulalib.* forsitan, vel legendum *δραυδοεμυον*, currendi certamen per stadium: vel *καρπυζοπαιον*, hoc est, ludus eurfortius.

6 ¶ Tertius ¶ ludus a Iustiniano probatus, *βααλις* dicitur, quando scilicet sorte deligitur ex pluribus qui imperet, alii autem qui obsequantur, si credamus Iulio Polluci, *idem eod.*

7 ¶ Quartus, ¶ *Catambon* quem dicere possumus, inquit Alciatus, *l. lib. præter. in ver. ludus alea, ex Festo Pompeio, genus lusius.* Quod id sit tamen non explicant, sicut nec qui in exemplarib. manualibus Rouilleis curauit Rayron substitui explicat. Forsan melius in constitutione Græca legendum *καταμπαύον*, vt sint certamina duorum concurrentium: vel, vt diuinat alius legendum *Catambon*. Sed vtrumq; mihi incognitum ingenue profiteor. Quin-

tum permiffum ludum dicit, vt excussum est in exemplaribus Rouilli in 16. Eperulam legerem ego, postquam in ambiguis licet diuinare. *ἐπιπαιον*. Vt ludum quendam significari intelligamus, in quo imitato est conuersionum ordinum militarium. Sic enim apud Ælianum de re militari, *παιον* est, *ἢ ἐν δούλῳ ἐπιπαιον* & *παιον*. *ὡς τε μετὰ λαμβάνει τὸν ὀπίσω τόπον.* Quæ & apud Suidam leguntur, libro *περὶ τῶν ἑξῶς παλαιῶν.* Sic *παιον* est, cum milites mouentur duplici flexu, vt eorum ora in partem posteriorem spectent. *ἐπιπαιον* autem est plenior conuersionis, triplici flexione constans: mouetur quidem milites in hastam, in læuam, in scutum. Hanc castrensem militiam imitantur meo iudicio qui latrunculis, seu scacchis & calculis seu tabulis ludant. Substituit Alciatus *ἐπιπαιον* a decursu latruncolorum, sed illa diuinatio longe abest verbo corrupto. Proinde mihi placet interrim, donec certius cognouero, mea coniectura, vt permittat Iustinianus per *ἐπιπαιον* ludum tabularum & scacchorum, vsq; ad ludum vnius solidi, non vltra: quem tamen diximus clericis & ecclesiasticis personis omnino interdici, *auth. interdicimus, de episc. & cler. cum simili.* ¶ Videtur ¶ autem Accursius in eam partem inclinare, vt prohiberi tabularum ludum ecclesiasticis putet, non autem scacchorum, *glo. in d. authen. in ver. ad tabulas, & in §. interdicimus in 2. de sanctis, episc. coll. 9. in auth.* quod hic ingenii dexteritate consistat, inquit. Scribit namq; Polydorus Vergilius, *lib. 2. de inuento. rer. c. 13.* circiter annum orbis conditi ter millefimum sexcentefimum trigefimum quintum, a quodam viro sapiente nomine Xere inuentum hunc ludum calculorum, in fritullo seu aluelo, cum non auderet aperte monere officii sui Tyrannum quendam metu fauicæ: eorum documento volens tacite eum monere, maiestatem sine viribus, hominumque adminiculis, nec valere nec tutam fore, & regem nisi inuigilaret a suisque defenderetur, facile oppressum iri. Et hoc certe acies furunculorum vel latruncolorum demonstrat. Quod autem ait ab scandendo scacchos dici, non probo: nec conitat etiam auctor, qui inuentionis meminerit. Marcuseque Hieronymus Vida, *in libel. Scacchorum, Italorum dicit inuentum.*

Vos, inquit, scilicet, Musæ, prima studia hæc Italos monstrasti in oris.

Scacchidis egregia, monumentum in signe sororis.

Esti verius mihi videatur inuentum Hebræorum, quod nomen Shachi ostendit, & Machi, quibus ludus perficitur: *Seach* dicitur, cum ita vallatur ludi rex, vt tede egredi cogatur. ¶ *Seach* autem Hebræis est, vallauit, sepiuit *Οσία* & alibi. Et *מא*, seu *מא* mat vel mor, mortuus est. Vnde finitur ludus per *Sebach*, & *mat*, cum rex omnino obsessus est, & immobilis redditur vt mortuus. Non inficior tamen vsuum ludi, & antiquum Romæ, nam de illo sic meminit Martialis, *lib. 14. Epigra. 20.*

Insidiosorum si ludis bella latronum

Geminus iste tibi, miles & hostis erit.

¶ Narrat ¶ Herodotus grassante annonæ difficultate tempore Atydis Manis regis filii per vniuersam Lydiam, Lydios remedia multa quæ fuisse huic malo, inuentum que tunc ab iis alegg, tessarum, pile ludum, aliaque ludorum genera, præterquam talorum: hærum enim inuentionem sibi non vindicant Lydi. Porro ad famem discutiendam, altera quidem, dierum, in totum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum quærendorum sollicitudine distorquerentur: altera vero a lusibus abstinentes, pascebantur, vel diuinatum rerum meditationi, quam seruilibus istis, vanis, & pessimis. Quod certe omnes concedent, si quam breuis vita sit cõsiderent, quamq; artes longæ, & quanta nobis singulis pro modulo ingenii proposita sint explicanda negotia. Sunt qui modos fallendi & accelerandi tempus conquirunt, ego autem contra reitendi perquiro, nemor illius epigrammatis Luciani, *in antologia, eis διασπαργίαν, in infelicitatem.*

τοῖον δὲ ἐν περὶ τῶν παρὰ ἡμῶν βιβλίῳ βεγγυῶν ἐστὶν: τοῖς δὲ χαλκῶς, μὴ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ γένους.

Rele aggentibus quidem omnis vna breuis est: Male autem, vna nox infinitum est tempus.

¶ Inuenti ¶ tamen ludi sunt solorum, in quibus dum luditur, vestigia quoque quædam eruditionis apparent, vt in Tarotis, & iis cum quibus excusæ sunt vna sententiæ sacræ paginæ & philosophorū, apud Welchelum Luretiæ typographum. Ceterum, & illis & simi-

& similibus abutitur humana cupiditas, dum prodit in medium pecunia, & habendi desiderium. Proinde Virgilius monet ludentes, in Epig. de ludo.

Lusuri numeros, animos quoque, ponere debent,
Pone malas quoties ludendo vinceres iras.
Ludite securi, quibus estis semper in arca.
Si quis habet numeros veniens, exibat inanis.
Lusori cupido semper gravis exitus instat.
Sanctis probis pax est: iras de sine victus:
Nullus vobis potest felici ludere dextra.

Proinde & ludus quoque noxius, recte in culpa est, ut ait Paulus, in l. nam ludus, 10. ad leg. Aquil. P. Ouidius autem sic exprimit, lib. 1. de Arte.

Sicne perdidit, non cessat perdere lusor:
Et reuocat cupidas alea saepe manus.
Erratum, idem 3. de Arte.

Tunc sumus incauti, si ludog, aperimur ab ipso,
Nadaq, per lusus pectora nostra patent.
Ira sibi deforme malum lucris, cupido,
Iurgias, & rixas, sollicitus, dolor.
Crimina dicuntur: resonat clamoribus ather:
Iuocant iratos & sibi quisq, Deos.
Nulla fidat abiliis, que non per vota petuntur:
Et lacrymis vidis saepe madere genas.
Atque ut Iuuenal.

— Nec enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabula, posita sed luditur arca.

De Spectaculis. Cap. 5.

- 1 Spectacula vitio datur frequentare & facere, infamesq, in scenam prodentes, exceptis quibusdam. Et 3.
- 2 Scena quid.
- 3 Certamina sacra que honorem habeant. Et de quibusdam aliis certaminibus, & ludis, num. 5. 7. 8.
- 4 Ludorum theatralium diuisio. Et 17.
- 6 Spectaculorum fines, virtus, & voluptas, quaestus.
- 9 Certamina sacra Gracia, & ubi fierent, & premia. nu. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.
- 18 Viti de Olympiis, Isthmiis, Pythiis, & Nemeis certaminibus.
- 19 Gladiatorum spectacula crudelia quis instituit. Et 29. 31. 32. 33.
- 20 Spectaculis probandis vel improbandis que inspicienda res. Et nu. 20. 21. 24.
- 21 Vestronum & minorum pena. eod. Et 22. 23. 25. 26. 27. 28.
- 30 Venatorum ludus quis, & de bestiarum pugna cum hominibus.
- 34 Tormenta prohibita & duella, & in eis decedentes non sepelendi sacra sepultura.

Vitio & crimini adscribit Iustinianus, in auth. interdicimus, de epis. & cler. §. interdicimus, in 2. de sancti. §. episcop. interesse spectaculorum ludis. Et Vipianus, in spectaculis nuntiam esse corruptionem, vel deteriorem viuendi modum habere, tradit, Vipia. in l. §. fina. de ser. corrup. lib. 11. P. tit. 3. Et idem Iustinianus, mulieres scenicas, quae in spectaculis illis se exhibent publicis inhonestam conuersationem & malam conditionem elegisse ait, in famel. que, Imperialis, 13 §. 1. 2. 3. de nupt. lib. 5. C. tit. 4. Sicuti & Iulianus Iulio conf. in l. de iis qui not. infra. lib. 3. P. tit. 2. P. l. 4. eod. & l. 2. §. si. eod. eos dicit infamam etiam notari, qui artis ludicrae pronuntiant diuice causa, in scenam prodierint. §. Scena autem est, ut Labeo definit, l. 2. §. ait prator, de iis qui not. infra. quae ludorum faciendorum causa, quolibet loco ubi quis consistat moueaturque, spectaculum sui praebiturus, posita sit in publico priuatove loco, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectandi causa admittuntur. Quod Aemilius Probus dixit, in praem. vitar. imperat. Magnus, inquit, in laudibus tora fuit Gracia, victorem Olympiae citari: in scenam vero prodire & populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuisse turpi iudici. Quae omnia apud nos, scilicet Romanos, infamia partim humilia, ac honestate remota ponuntur.

Veram tamen haec non sunt absolute intelligenda, sed cum temperamento: eam quae iam sunt certamina publica, quae non quibus causa, sed virtutis exercentur, quorum athletae non sunt infames. Neque enim, inquit Vip. in l. abietas, 4. de iis qui not. inf. Expliat hanc Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. dier. c. 9. Thymelici, neque Xilici, neque agitatores, neque qui aquam equis spargunt, ceteraq, ministeria eorum, qui certaminibus sacris ignominiosi habentur, nec designatores, quos Graeci Braucetas appellant. Et Plato, in 8. de iusto. Nisi

forte quis, inquit, excellenti sit ingenio praeditus, nunquam vir praclarus euadet, nisi a prima pueritia in laudis honestis uersetur. §. Budaus, in annota. pro. ad Pand. in l. abietas. Ludos theatrales in Scenicis, & Gymnicis diuidit: Scenicis, Agones & Dionysiacos dicit, & musicos, in hiisq, esse hypocritas fabularum & aliarum personarum & ceteros tragoedos, eomcedos, mimos, pantomimos, archimimos, ethologos et ceteros. Erant cum his & Thymelici, id est, citharodii, psalter, lyristae, tibicines, saltatores, Chatonomi, seu gesticulatores.

In gymnasticis ludis sunt artifices Athletae, παλαιστὰς luctatores, δρομῖται, cursores, πυγμάχαι pugiles, διακόβοι discum in sublime iaculantes, ἀλκμοὶ saltus pernicitate contendentes. Et isti ludi palaestram probatam habent inter ingenios Graecos apud Platonem passim, Ciceronem, i. de Orato. & in Bryoto. & alios, ibi, Exercebantur iuuenes cursu, iacta, hasta, disco pinguius saltu. §. Sed tamen haec perpendamus, ut prohibita spectacula nacta sint. Spectacula exhibentur vel proponuntur publice vel virtutis formandae, vel ostentandae seu comprobandae causa, vel voluptatis, vel quaestus gratia. Formatur autem virtutem & robur palaestrae ludi, ut diximus, & robur modumque pugnandi, & exercitium parabant, §. Etiam tamen spectacula, in quibus formabantur ingenia ad virtutem literarum Academiae, quae ideo Gymnasia dicta sunt. Erant & ibi certamina illa palaestrae, in quibus vincenti praemium proponebatur oleum ex oliua, ut ait Lucianus libro de Gymnasticis. Edidit Caesar Caligula Lugduni ludos miscellos, & certamen Graeco Latinoq, facundiae, quo certamine fecunt victos victoribus praemia contulisse, eorundem & laudem componere coactos. Eos autem, qui maxime displicissent, scripta sua, spoggia, linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi voluissent, ut ait Sueton. in Calig. c. 20. Vnde Iuuenalis, magnum timorem expressurus, in eminit eius, Saty. 7.

Palleat, ut nudis pressis qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem heros d. Eurys ad aram.

Et Tholoea ex more mensis Maii principio, certamen poetarum inducitur a quadam saura optima mariona, ubi praestantiores accipiunt praemium flores aureum, argenteum & hyacinthinum. Domitiani etiam Mineruae deuotus, quinquatria magnifice celebrant, in quibus certamina poetarum, oratorum, gladiatorumq, singulis annis in Albano exhibebat. teste Xiphilino ex Dione, in Domitia. §. Artemisia quoque, cum manibus sacris Mausoli literarum, agona, id est, certamen laudibus eius dicendis fecit, ponique praemia pecuniae aliarumque rerum bona amplissima: ideo & ad has laudes decertandas feruntur venisse viri nobiles ingenio, atque lingua praestabili, Theopompum qui vicit Theodectem & Nancritem, ut auctor Gellius, lib. 10. c. 19. Lex horum certaminum apud Platonem haec, 12. de legib. Si quis aliquem secum musica, vel gymnica, vel alia quavis facultate certaturum, in certamen descendere ei prohibuerit, quisquis velit, munerum declaratoribus id significet, qui procurerit, ut quilibet liber certare possit: id si facere non poterint, munera prohibito dentur si prohibitor vincet, & ipsius tanquam victoris nomen in quibuscuq, voluit templis scribatur. Prohibenti vero nec nomen inscribatur, nec victoria offerre in gloria liceat: ac seu vincat certo seu vincatur, illius damni crimine reus sit.

Spectacula, tamen que ostendendae virtutis causa erant, honorem praemium habebant, & exiguum aliquod honoris symbolum. Apud Graecos postimum ex palaestricis ludis celebrari quatuor in locis olim exhibiti, summa laude consequente eum, qui in iis viceret, modico vel nullo commodo numario: nam coronam tantum folliarum acciebant, vnde dicit Stephanus, & Phyllines, coronati & follii, ut auctor Iulius Pollux, lib. 3. Onomast. c. fin. τὸς ἐν χαλκῶντες ἱερὸς ἀγῶνας, ὃν τὰ ἄλλα ἐστὶν ἀγῶνας, ἐστὶν ἀγῶνας ἐν ἀλάς. Καὶ φυλλῖνας: τὸς δὲ ἐνομαζομένους, ὅμαλῶν ἀγῶνας. id est, Eorum certaminum, quae dicuntur sacra, quorum praemia in sola corona, Stephanus vocant, scilicet vicires, & folliatos: eos autem, qui ad id aduocantur, ἀγῶνας, id est, pecuniosos.

Certamina tamen illa, ad quae confluxebant populi vndique sacra & praemia sic exprimit epigramma Graecum.
ἦτος ἀπὸς εἰδὼν ἀγῶνας, ἐν ἑνὶ δὲ τῶς ἀπὸς ἱερῶν,
οἱ δὲ οὐδὲ τῶν ἀγῶν, οἱ δὲ οὐδὲ ἀγῶνας.
ἦτος, ἡ ἡλῶδῶς, παλαιῶς, ἀρῶν ἡ ἡλῶδῶς
ἄλλα δὲ τῶν ἀγῶν, ἡ ἡλῶδῶς, ἡ ἡλῶδῶς, ἡ ἡλῶδῶς.
id est,
Quatuor exhibuit sacros Graecia ludos,
Civicois duos terrigenos, duos.
Nempe Ioui, Phaeboq, Palesmonq, Archemoreq,
Praemia sunt olea, & mala, apium, strabium.